

Tertius de Anima.

Ad secundū dicitur q̄ anima per suā essentia est forma. n̄ oportet q̄ semp sit in corpore sicut ho mo secundū suā essentia est animal tamen non oportet q̄ intelligere conueniat homini inq̄tū est animal. Ad aliud dicitur q̄ in anima separata nō remanent potentie sensitue nisi forte in radice quia nō sunt precise in anima/ vt ostendit Sanct. Tho. in. q. de aia. ar. xix. ex quo inferitur q̄ virtutes que sunt in appetitu sensitiuo & uirginitas nō manēt in anima separata. Et si queratur an homo resurgens habebit eundem sensum & eundem appetitū sensitiuū uidetur em̄ q̄ potētie per quas sic homo meruit debēt premiari. Item anima separata remanet memoria. Si dicas q̄ rememoratur per intellectum. Contra tunc lesa tantum postrema parte capitis homo posset memorari preteritorum quod est falsum. Item resuscitati dicunt se uidisse quedā ymaginabilia & sensibilia scz domos et campos Ad hec dicit Sanct. Tho. q̄ licet idē aial resurgat non oportet q̄ sit idem sensus loquendo de potentia sensitua. Accidens enim nō uariat substantiam. Nec potentie proprie merentur. sed anima. Si dicatur tunc non esset idem oculus numero. quia uisus est forma oculi & actus eius. Dicendū q̄ hoc est falsum nisi uisus capiatur pro aia in qua radicitur.

Ad tertium dicitur q̄ corpus est anime pportio natum q̄tum ad operationem/ sed non q̄tum ad in corruptibilitatē v̄ corruptio corporis humani peruenit ex peccato unde corpus ade ante peccatū non poterat corrumpi per ignem nec gladio scidi vt dicit Sanct. Tho. in. iiii. dist. xliiij. q. ij. ar. i. q. iij. ad. i. Quibusdā tamen uidetur oppositum ex. j. parte. qz indigebat nutrimento & speciali preservatione a deo ne lederet pedes. S. T. j. parte. q. xcviij. ar. ij. ad. iij. & ar. iij. ad. tertium. Item homo productus in puris naturalibus fuisse mortuus dato q̄ non peccasset. Ad quartum dicitur primi phis. ad aliud nō est simile de anima que prerequirat ad suum fieri materiam dispositam.

Ad quintum dicitur q̄ anima requirit certam dispositionem vt uiuificet corpus.

Ad sextum dicitur in secūdo metheozorum q̄ diuersarum actionum non potest esse idem terminus/ & vltimum debebat inducere phi. ad resurrectionē. alias anima separata secundum eum naturaliter et eternaliter appeteret vnum impossibile scilicet vniōnem ad corpus. Forte dicitur animam post mortē nō appetere corpus/ quia porphirius dicit beatis omne corpus fugiendum & virgilius in sexto eneidorū Quē lucis miseris taz dira cupido vide quid pater enee respondet/ & augustinus de ciuitate dei libro xxiij. c. xxviij.

Ad septimum dicitur q̄ ari. in libro de pomo seu morte ari. expresse ponit animam posse separari & felicitatem futuram quoniam philosophus dicit hominem ad gradus altissimos & diuinos quos nō habemus in hac vita/ quia post multos labores homo efficitur senex & ineptus speculationi. Item honoz qui potest esse in hac vita secundum ari. non est sufficiens premium virtutis. Quidam dicunt phi. in diuersis locis diuersimode scripsisse. & phi. ibi p forte loqui Durandus in. ij. di. xvij. dicit q̄ phi. dixit sibi repugnantia scilicet nullum genitum esse eternum a parte post & animā esse immortalē gregorius nissen⁹ tenet oppositū. vt dicit. S. T. in scdo q̄ gen. c. lxxix.

Ad octauū dicit q̄ vna sepatio infert aliā & q̄ potētia visua d factio debilitat lz radix ei⁹ nō debilitet.

Ad. ix. et. x. dictum est primo phisicorū. L. j.

Ad vndecimū dicitur q̄ anima rationalis habet esse per se pro q̄to esse existentie ipsius hominis est precise in anima nec videtur q̄ potentia cogitativa cognoscat deum nisi capiatur pro intellectu & nō p sensu interiore.

Ad duodecimū patet q̄ quilibet etiaz v̄r iustus desiderat beatitudinem naturalem secūdū augustinum hec autem virtuoso militi non contingit i hac vita qz non vacat speculationi. Deinde dicit q̄ a deo esse potest separari a forma subsistente. idest potest corrūpi. nō aut ab agēte naturali/ qz nullū tale agit in rem spiritualement qualis est forma per se subsistēs.

Ad tridecimū dicitur q̄ contrarie volitiones non sunt actiue nec corruptiue subiecti.

Circa hec queruntur quinqz. Primo an intellectus practicus & speculatiuus differunt. Secundo an fantasia sit principium motus. Tertio an voluntas sit liberior intellectu. Quarto an voluntas possit necessitari. Quinto an passiōes sensualitatis subdantur rationi.



No primum sic pceditur videtur q̄ intellectus practicus & speculatiuus differat realiter quia habent diuersa obiecta. & sunt diuersę potētie. An̄s patet/ qz obiectum intellectus speculatiui est verū.

Practici autē est opus. vel bonū s̄ ista d̄nt igitur. Forte dicit q̄ d̄nt t̄m ratōe. Cōtra hoc sufficit ad distinguēdū potētiās vt p̄ de obiecto intellectus & volūtatis. Sed cōtra est phis dices i tertio de anima q̄ intellectus speculatiuus sit practicus per extensionem vna autē potētia non mutatur in aliam.

Respondeo dicendū secundū Sanct. Tho. j. parte q. lxxix. ar. viij. ratio siue superior siue inferior & intellectus siue intelligentia sunt vna & eadem potētia. vnde intellectus noster dicitur ratio pro q̄to pcedit de vno intellectu ad aliud. ad cognoscendū veritatem intelligibilem. & ideo in intelligentiis nō ponitur ratio quia non discurrent. Item intellect⁹ noster dicitur ratio superior p̄ q̄to intēdit eternis cōspiciendis aut consulendis & dicitur ratio inferior quia intendit temporalibus rebus vt pulchre declarat. S. T. in questionibus de ve. xv. q. i. & ij.

Sed notandum q̄ hoc nomen intelligentia pprie significat ipsum actum intellectus qui est intelligere. In quibusdam tamen libris de arabico translatis substantie separate quas nos angelos dicimus intelligentie vocantur. Forte ppter hoc q̄ hmōi substantie semp actu intelligūt in libris t̄m de greco translatis dicuntur intellectus seu mentes. Est autē mēs idem q̄ intellectus. Notandū preterea q̄ intellect⁹ possibilis habet tres status. qz q̄nqz est in potētia tantum. & tunc dicitur intellectus possibilis. Q̄nqz aut in actu p̄io qui est scia & sic d̄t intellect⁹ in habitu. Quandoqz autem in actu secundo qui est cōsiderare & sic dicitur intellectus in actu siue intellect⁹ adeptus. Notandum preterea q̄ intellectus practicus & speculatiuus sunt eadem potētia sicut eadē potētia visua respicit album & nigrum. Dicitur autem intellectus speculatiuus qui nō ordinat ad opus illud quod apprehendit sed ad solum considerationem veritatis sed practicus intellectus dicitur qui hoc quod apprehēdit ordinat ad opus. ex quo patet q̄ speculatiuus differt a practico fine. Sed queritur an sinderessis sit quedam specialis potētia. Dicendum q̄ non. sed magis est quedam habitus quo quis inclinatur. ad recte iudicandum de principiis operabiliū. vnde sinderessis dicitur instigare ad bo

*hanc dicitur
leui tano ca. p. q.
si pelagi anst. id q.
fuit et h. deo dicitur
tione. d. 4. c. plauu
vni*